

Benedictionale

*I*ndex

Ordo Ad Faciendam Aquam Benedictam	4
Benedictio Candelarum IN FESTO S. BLASII EPISCOPI ET MARTYRIS.....	5
Benedictio Domorum Tempore Paschali	6
Benedictio Domorum Extra Tempus Paschale.....	6
Benedictio Infantis.....	7
Benedictio Puerorum.....	7
Benedictio Puerorum Ægrotantium.....	9
Benedictio Adulti Ægrotantis.....	11
Benedictio Pecorum Et Armentorum.....	12
Benedictio Primarii Lapidis Ædificii.....	12
Benedictio Loci Vel Domus.....	12
Benedictio Solemnior Domus Scholaris.....	13
Benedictio Frugum Seu Vinearum.....	17
Benedictio Candelarum.....	17
Benedictio Vexilli Processionalis Cujuslibet Societatis.....	17
Benedictio Navis.....	18
Benedictio Vehiculi Seu Currus	18
Benedictio ad Omnia	18
Benedictio Numismatum S. Benedicti	34
Benedictio Mulieris Prægnantis in Periculis Partus	35
Benedictio Mulieris Post Partum	36
Benedictio Conjugum Post XXV Vel L Annos In Matrimonio Transactos.....	38
Litaniæ Sanctorum.....	40

Index

Benedictiones Reservatæ Sacerdotibus Speciali Facultate Instructis

Benedictio Sacerdotalium Indumentorum	19
Benedictio Specialis Cujuslibet Indumenti Sacerdotalis	20
Benedictio Mapparum Seu Tobalearum Altaris	20
Benedictio Palla et Corporalis	21
Benedictio Tabernaculi Seu Vasculi	21
Benedictio Tabernaculi Seu Ostensorii	22
Benedictio Vasorum	22
Solemnia Benedictio Crucis	23
Imaginis Jesu Christi Domini Nostri, vel B. Mariæ Virginis vel Alius Sancti.....	23
Ritus Benedictionis Papalis Super Populum Elargiendæ	24
Formula Benedictionis Papalis Cum Indulgentia Plenaria	25
Ritus Erigendi Stationes Viæ Crucis	25
Scapulare B. M. V. De Monte Carmelo.....	31
Quinque Scapularia	32
Formula Brevior Benedicendi Coronam Sacratissimi Rosarii. B.M.V.	33

De Benedictionibus

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo et stola coloris temporis convenientis utatur, nisi aliter notetur. Stando semper benedicat et aperto capite.

Ordo Ad Fariendam Aquam Benedictam

1. Diebus Dominicis, et quodcumque opus sit, præparato sale et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, Sacerdos, superpelliceo et stola violacea indutus, primo dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

2. Deinde absolute incipit exorcismum salis.

EXORCÍZO te, creatúra salis, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Eliséum Prophétam in aquam mitti jussit, ut sanarétur sterilitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salutem credéntium; et sis ómnibus suméntibus te sánitas animæ et córporis; et effúgiat, atque discédat a loco, in quo aspérsus fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnisque Spíritus immúndus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℞. Amen.

Orémus.

IMMÉNSAM cleméntiam tuam, omnipotens ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris: ut sit ómnibus suméntibus salus mens et córporis; et quidquid ex eo tactum vel respérsus fúerit, cáreat omni immundítia, omni que impugnatione spiritalis nequítiae. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℞. Amen.

Exorcismus aquæ: et dicitur absolute;

EXORCÍZO te, creatúra aquæ, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi Fílii ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℞. Amen.

Orémus.

DEUS, qui ad salutem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictiúnis infúnde: ut creatúra tua, mystériis tuis sérviens, ad abigéndo dæmone, morbósque pelléndo, divínæ grátiae sumat efféctum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidélium, hæc unda respérsit, cáreat oroni immundítia, liberétur a noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci; et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium invidet, aut quiéti, aspersione hujus aquæ effúgiat: ut salúbritas, per invocatióem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnationibus defénsa. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℞. Amen.

Benedictio Aquæ

3. Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis et aquæ páriter fiat, in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.
℞. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEUS, invíctæ virtútis auctor, et insuperábilis impérii Rex, ac semper magníficus triumphátor: qui advérsæ dominatiónis vires réprimis: qui inimíci rugiéntis sævítiam súperas: qui hostíles nequítias poténter expúgnas; te, Dómine, treméntes et súpplices deprecémur, ac pétimus: ut hanc creatúram salis et aquæ dignánter aspicias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices; ut, ubicúmque fúerit aspérsa, per invocatióem sancti nóminis tui, omnis infestatio immúndi spíritus abigátur: terrórque venenósi serpéntis procul pellátur: et præsentia Sancti Spíritus nobis, misericórdiam tuam poscéntibus, ubíque adesse dignétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℞. Amen.

Benedictio Candelarum

IN FESTO S. BLASII EPISCOPI ET MARTYRIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómine.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversitatés solo verbo creásti et ad hóminum reformatióem illud idem Verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terríbilis atque laudábilis, ac fáciens mirabília: pro cujus fidei confessiõe gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, mártýrii palmam feliciter est adéptus: quique eídem, inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; majestátem tuam suppliciter exorámus, ut non inspéctu reátus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ceræ creatúram bene ✠ dícere ac sancti ✠ ficáre tua venerábili pietáte dignéris, tuam grátiam infúndendo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo, ipsíus passiónis méritis, liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actiões, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedíctum in sæcula sæculórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℞. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos duos cereos, in modum crucis aptatos, apponit sub mento gutturi singulorum, qui benedicendi sunt, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicens:

Per intercessiõeem sancti Blásii, Episcopi et Mártýris, líberet te Deus a malo gútturis, et a quólibet álio malo. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. ℞. Amen.

Benedictio Domorum T.P

Benedictio Domorum

Tempore Paschali

1. Parochus, seu alius Sacerdos de Parochi licentia, superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro deferente vas aquæ benedictæ in Vigilia Paschali, atque ante infusionem Olei et Chrismatis acceptæ, visitat domos suæ parœciæ, aspergens eas eadem aqua benedicta.

Ingrediens domum dicit:

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

2. **Deinde, aspergens loca præcipua domus et habitantes in ea, dicit:**

Ant. Vidi aquam egrediéntem de templo, a látere dextro, allelúja; et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, **et dicent:** allelúja, allelúja.

Ps. 117, i. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia ejus.

℣. Glória Patri.

Repetitur Ant. Vidi aquam.

Deinde dicit:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, allelúja.

℟. Et salutáre tuum da nobis, allelúja.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

EXÁUDI nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et sicut domos Hebræórum in éxítu de Ægypto, agni sángine linítas (quod pascha nostrum, in quo immolátus est Christus, figurábat), ab Angelo percutiénte custodísti; ita mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegit, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **℟.** Amen.

Benedictio Domorum Extra Tempus Paschale

1. **Sacerdos, volens domum aspergere aqua benedicta, ingrediens domum dicit:**

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

2. **Deinde loca præcipua domus aspergendo, dicit:**

Ant. Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Ps. 50, 1. Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

℣. Glória Patri

Benedictio Infantis

Et repetitur Ant. Aspérge me.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

EXÁUDI nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis; qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Infantis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Deus noster miserétur.

℟. Custódiens párvulos Dóminus.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, Fíli Dei vivi, qui, ante ómnia sácula génitus, in témpore tamen infans esse voluísti, et hujus ætátis díligis innocéntiam; qui párvulos tibi oblátos amánte compléxus es, íisque benedixísti: infántem istum (infántes istos) præveni in benedictiónibus dulcédinis, et præsta, ne malítia mutet intelléctum ejus (eorum): eíque (eísque) concéde, ut proficiens (proficiétes) ætáte, sapiéntia et grátia, tibi semper placére váleat (váleant): Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculorum.

℟. Amen.

Deinde Sacerdos infantem (vel infantes) aspergat aqua benedicta, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spírítus Sancti, descéndat super te (vos), et máneat semper. ℟. Amen.

Benedictio Puerorum

Cum Præsertim In Ecclesia Præsésentantur

Die et hora constitutis, pueri conveniant in ecclesiam, quos ibi a parentibus vel magistris associari maxime deceret, ut silentio et modestia facilius se componant. Quibus per ordinem dispositis, et pueris a puellis, si adsint, separatis, Sacerdos ad ipsos accedat, et brevissimo ac simplici sermone eos alloquatur, prout opportunum sibi visum fuerit.

Deinde stans versus eos dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

Antiphona: Laudáte servi Dómini, laudáte nomen Dómini.

Benedictio Puerorum

Psalmus 112

LAUDÁTE, servi Dómini, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * et nunc et usque in ætérnum.

A solis ortu usque ad occásum ejus * laudétur nomen Dómini. —

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui sedet in alto * et óculos demíttit in cælum et in terram? —

Súblevat e púlvere ínopem, * e stércore érigit páuperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Habitáre facit eam, quæ stérilis erat in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Et repetitur Antiphona: Laudáte servi Dómini, laudáte nomen Dómini.

Qui psalmus cum sua Antiphona, si paucis tantum, aut minus solemniter conferatur Benedictio, omitti poterit.

Finito Psalmo et repetita Antiphona, Sacerdos dicit:

℣. Sínite párvulos veníre ad me.

℟. Tálíum est enim regnum cælórum.

℣. Angeli eórum.

℟. Semper vident fáciem Patris.

℣. Nihil proficiat inimícus in eis.

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére eis.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, qui párvulos tibi oblátos et ad te veniéntes compléxus es, manúsque super illos impónens benedixísti eis, atque dixísti:

Sínite párvulos veníre ad me, et nolíte prohibére eos, tálíum est enim regnum cælórum, et Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei; réspice, quæsumus, ad puerórum (puellárum, **si solæ adsint puellæ**) præséntium innocéntiam, et ad eórum (eárum) paréntum devotióem, et cleménte eos (eas) hódie per ministérium nostrum béne ✠ dic; ut in tua grátia et misericórdia semper proficiant, te sápiant, te díligant, te tímeant, et mandáta tua custódiant, et ad finem optátum feliciter pervéniant: per te, Salvátor mundi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sácula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus.

DEFÉNDE, quæsumus, Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istam ab omni adversitáte familiam: et toto corde tibi prostrátam, ab hóstium propítius tuére cleménte insídiis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Puerorum Ægrotantium

Orémus.

DEUS, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiám mittere dignáris: largíre supplicibus tuis; et eórum semper protectióne deféndi, et æténa societáte gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. *R̄.* Amen.

Postea manu dextera producens signum crucis super pueros, benedicit eos, dicens:

Benedícat vos Deus, et custódiat corda vestra et intellegéntias vestras, Pater, et Fílius, **✠** et Spíritus Sanctus. *R̄.* Amen.

Deinde aspergat pueros aqua benedicta.

Benedictio Puerorum Ægrotantium

Pueri infirmi, qui ad hunc usum rationis pervenerunt, ut ipsis præberi possit Sacramentum Extremæ Uctionis, iis adjuventur exhortationibus et precibus, qua: describuntur in Rituali Romano, ubi agitur de visitatione et cura infirmorum, prout feret temporis opportunitas et eorumdem ægrotantium status.

Verum pro ceteris junioribus pueris infirmis adhiberi possum sequentes preces.
Sacerdos infirmi cubiculum ingressus, primum dicit:

V̄. Pax huic dómui.

R̄. Et ómnibus habitántibus in ea.

Mox infirmum et lectum ejus et cubiculum aspergit, nihil dicens.

Deinde dicit Psalmum 112 (pag. 8), cum Glória Patri, in fine.

Postea dicit:

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.

Pater noster *secreto usque ad*

V̄. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R̄. Sed líbera nos a malo.

V̄. Deus noster miserátur.

R̄. Custódiens párvulos Dóminus.

V̄. Sínite párvulos veníre ad me.

R̄. Tálium est enim regnum cælórum.

V̄. Dómine exáudi oratiónem meam.

R̄. Et clamor meus ad te véniat.

V̄. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, cui cuncta adoléscent, et per quem adúlta firmántur: exténde dexteram tuam super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), in ténera ætáte languéntem: quátenus, vigóre sanitátis recépto, ad annórum pervéniat plenitúdinem, et tibi fidéle gratúmque obséquium indesinénter præstet ómnibus diébus vitæ suæ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculórum. *R̄.* Amen.

Benedictio Puerorum Ægotantium

Orémus

PATER misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, qui, creatúræ tuæ múltiplici pietáte cónsulens, non solum ánimæ, sed ipsi córpori curatiónis grátiam benígus infúndis: hunc párvulum infirmum (hanc párvulam infirmam) a lecto ægritúdinis erígere, et Ecclésiæ tuæ sanctæ, suisque paréntibus incólumem restitúere dignéris; ut, cunctis prolongátæ sibi vitæ diébus, grátia et sapiéntia coram te et homínibus proficiens, in justítia et sanctitáte tibi sérviat, et débitas misericórdiæ tuæ réferat gratiárum actiões. Per Christum Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

Orémus.

DEUS, qui miro órđine Angelórum ministéria hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut, a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita hujus púeri (puéllæ) muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

Completa Oratione ultima, Sacerdos imponit dexteram manum super caput infirmi, et dicit:

Super ægros manus impónent, et bene habébunt. Jesus, Mariæ Fílius, mundi salus et Dóminus, méritis et intercessiõe sanctórum Apostolórum suórum Petri et Pauli, et ómnium Sanctórum, sit tibi clemens et propítius. Amen.

Quod sequitur Evangelium, pro temporis opportunitate et pro ægotantis pueri parentum desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterit.

V̄. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

V̄. Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

R̄. Glória tibi, Dómine.

Dum Sacerdos dicit Inítium, etc., facit signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore; similiter super puerum infirmum, si non possit se signare.

Joann. 1, 1-14

IN princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est; in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testi-mónium perhibéret de lúmíne, ut omnes créderent per ilium. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmíne. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (**Hic genuflectitur.**) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis. **R̄.** Deo grátias.

Postea, benedicens puerum infirmum, subjungit, dicens:

Benedíctio Dei ommpoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spírítus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. **R̄. Amen.**

Deinde aspergat eum aqua benedicta.

Benedictio Adulti Ægrotantis

Sacerdos cubiculum ægrotantis ingrediens dicat:

℣. Pax huic dómui.

℞. Et ómnibus habitántibus in ea.

Et continue ad infirmum accedens subjungat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

INRÓEAT, Dómine Jesu Christe, domum hanc ad nostræ humilitátis ingrèssum pax et misericórdia tua; effúgiat ex hoc loco omnis nequítia dæmonum, adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis maligna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum: et bénedic nostræ conversatióni: Qui sanctus et pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sæcula sæculórum. ℞. Amen.

Orémus.

RÉSPICE, Dómine, fámulum tuum (fámulam tuam) in infirmitáte córporis laborántem, et ánimam réfove quam creásti: ut, castigatióibus emendátus (-a), continuo se séntiat tua miseratióne salvátum (-am). Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Orémus.

MISÉRICORS, Dómine, fidélium consolátor, quæsumus imménsam pietátem tuam, ut ad intróitum humilitátis nostræ hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), super lectum dolóris sui jacéntem, visitáre dignéris, sicut socrum Simónis visitásti: propítius adésto ei, Dómine, quátenus prístina sanitáte recépta, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat actiões: Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. ℞. Amen.

Deinde, extendens dexteram versus asgrotum, dicat:

DÓMINUS Jesus Christus apud te sit, ut te deféndat: intra te sit, ut te consérvet: ante te sit, ut te ducat: post te sit, ut te custódiat: super te sit, ut te benedícat:

Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum. ℞. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. ℞. Amen.

Demum aspergat infirmum aqua benedicta.

Benedictio Primarii Lapidis Ædificii / Loci vel Domus

Benedictio Pecorum Et Armentorum

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DÓMINE Deus, rex cæli et terræ Verbum Patris, per quod omnia facta sustentationi nostræ tradita sunt, respice, quaesumus, humilitatem nostram: et sicut nostris laboribus et necessitatibus subventionem tribuisti, ita tua benignissima miseratione ac cælesti benedictione, hæc pecora et arménta (hoc pecus et arméntum) bene ✠ dicere, tuéri, et custodire, ac famulis tuis cum temporali provéntu grátiam perpétuam largiri dignéris; ut cum gratiarum actione nomen sanctum tuum laudétur et glorificétur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

In nomine Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Primarii Lapidis Ædificii

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEUS, a quo omne bonum sumit iníitium, et semper ad potióra progrédiens percipit incrementum: concéde, quaesumus, supplicántibus nobis; ut, quod ad laudem nóminis tui inchoáre aggredimur, ætérno tuæ patérnæ sapientiæ múnere perducátur ad términum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Loci Vel Domus

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

BÉNE ✠ DIC, Dómine, Deus omnipotens, locum istum (vel domum istam): ut sit in eo (ea) sánitas, cástitas, victória, virtus, humilitas, bónitas, et mansuetúdo, plenitúdo legis, et gratiarum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto; et hæc benedictio máneat super hunc locum (vel super hanc domum) et super habitántes in eo (ea) nunc et in omnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Solemnior Domus Scholaris

Die Dominicali vel festiva, a Parocho et Patrono constituta et rite promulgata, Officians et qui adsunt Sacerdotes et Ministri, in domo parœciali, vel, si in loco, ubi schola benedicenda sit, domus parœcialis non adsit, in aliqua alia decenti domo, paramentis coloris aibi induti, omnibus bene paratis, hora statuta, præcedente scholari juventute cum vexillo suo, choro et Crucifero cum Cruce, et sequente Patrono vel ejus commissario, cum reliquis fidelibus ad hanc solemnilatē invitatis, bono ordine in solempni processione, sub pulsu campanarum et cantu Litaniarum (pag.40) ad omnes Sanctos vel piorum Hymnorum, ex domo parœciali in ecclesiam se conferunt, ubi Officians, ad aram majorem in infimo gradu genuflexus, tono consueto intonat Hymnum Vēni Creātor Spiritus, (pag. 25), quem chorus prosequitur. Quod si nulla ecclesia sit in loco, Hymnus præfatus cum subsequētibz *Ÿ Ÿ*. et Orationibus dicatur in domo, e qua egrediuntur.

Hymno finito, cantatur:

Ÿ. Kýrie, éleison.

Ŗ. Christe, éleison.

Ÿ. Kýrie, éleison.

Pater noster secreto usque ad

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióem.

Ŗ. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

Ŗ. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

Ŗ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spírítu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

DEUS, cui omne cor patet, et omnis volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum: purífica per infusióem Sancti Spíritus cogitatióes cordis nostri: ut hanc nostram benedictióem digne perficere, et tuis fidélibz perinde optátam salútem procuráre valeámus.

ACTIÓNES nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sœcula sœculórum. *Ŗ*. Amen.

Ÿ. Sínite párvulos veníre ad me.

Ŗ. Tálium est enim regnum cælórum.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, te suppliciter deprecámur, ut respicere dignéris super infántulos tuos: infúnde in corda eórum grátiam Spíritus Sancti: ut per eúmdem illumináti et edócti, sciant quid accéptum sit coram te omni témpore, et proficiant sapiéntia, ætáte et grátia. Per Christum Dóminum nostrum. *Ŗ*. Amen.

Benedictio Solemnior Domus Scholaris

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Procedámus in pace.

℟. In nómine Christi. Amen.

Tunc Officians in processione solemnī, sub cantu scholans juventutis et pulsu campanarum, vadit ad scholam benedicendam. Quo cum pervenerit, stans ante januam exteriorē, cantat solus:

℣. Pax huic dómui.

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Tunc intonat Antiphonam Aspérges me

Et chorus prosequitur tono Psalmi:

ASPÉRGES me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor. Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sácula sæculórum. ℟. Amen.

Ant. Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Interim dum hæc cantantur, Officians aspergit parietes exteriores, saltem in anteriori parte, aqua benedicta.

His finitis, cantat:

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS et miséricors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut, quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab iis ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam: ut, quidquid modo visitatúri sumus, vísites, et, quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dicas, sitque ad nostræ humilitátis intróitum. Sanctórum tuórum méritis, fuga inimíci, Angeli pacis ingrèssus.

DÓMINE sancte, Pater omnipotens, per intercessiónem sanctórum Ignátii et Aloísii bene ✠ dic domum istam, bene ✠ dic introitum nostrum, béne ✠ dic ingrèssum pedum nostrórum: sicut dignátus es domum Patriarchárum Abraham, Isaac et Jacob benedicere. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tunc sequitur ingressus.

Officians intrando amplius scholæ cubiculum, cantat:

℣. Pax huic dómui.

Chorus respondet:

℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Progrediens cum Clero et choro ad mensam linteo albo tectam, in qua inter duos cereos accensos Crucifixi imago est posita, cantat:

Benedictio Solemnior Domus Scholaris

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

EXÁUDI nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fôveat, próteget, vísitet, atque deféndat omnes habitántes, docéntes et discéntes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, qui discípulis tuis dixísti: In quacúmque domum intravéritis, salutáte eam, dicéntes: Pax huic dómui; véniat, quæsumus, pax ilia super hanc domum, instituéndæ juventúti destinátam, et super omnes habitántes, docéntes et discéntes in ea; et eos, Dómine, ab omni infirmitáte erípere et liberáre dignéris: reple docéntes in ea spíritu sciéntiæ, sapiéntiæ, et timóris tui: reple discéntes in ea grátia tua, ut, quæ salutáriter et útiliter edocéntur, intellectu cápian, corde retíneant, ópere exsequántur, et in ómnibus nomen tuum honorificétur. Ad intróitum ergo nostrum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris hanc scholam, et intra paríetes domus istius Angeli tuæ lucis hábitent, eámque et in ea habitántes, docéntes et discéntes custódiat: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. ℟. Amen.

Postea Officians intonat Antiphonam: Asperges me, et chorus prosequitur, ut supra, Interim fit aspersio cubiculi aqua benedicta. Reversus ad mensam, Officians imponit thus in thuribulum et benedick illud, dicens:

PER intercessiónem sancti Michaélis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium sanctórum Angelórum, incénsum istud dignéris, Dómine, bene ✠ dícere, et in odórem suavitátis accípere. Per Christum Dóminum nostrum, ℟. Amen.

Hoc dicto, Officians sumit thuribulum et incensat cubiculum, choro cantante tono Psalmi Antiphonam:

Incénsum istud, a te benedíctum, ascéndat ad te, Dómine; et descéndat super nos misericórdia tua.

Psalmus 140, 2-4

DIRIGÁTUR, Dómine, orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo: *elevatio mánuum meárum sacrificium vespertínium.

Pone, Dómine, custódiam ori meo: * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínet cor meum in verba malítiæ * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Glória Patri.

Sicut erat in princípio.

Incensatione peracta, Officians, stans coram imagine Crucifixi, cantat:

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Benedictio Solemnior Domus Scholaris

Orémus.

VÍSITA, quæsumus, Dómine, habitatióem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui omnes hic habitántes, docétes et discétes in pace custódiant, et benedictio tua super illos sit semper.

BÉNE ✠ DIC, Dómine, domum istam, ut sit ibi sánitas, sánctitas, virtus et glória, humílitas, bónitás, mansuetúdo, lénitas, docílitás, et plenitúdo legis, obediéntia et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto. Et hæc benedictio sit super hanc domum et locum istum: atque super omnes habitántes, docétes et discétes in eo descéndat septifórmis grátia Spíritus Sancti. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R**ꝰ. Amen.

Officians tunc affigit sanctam Crucem in loco apto cubiculi, dicendo:

SIGNUM salutis impóne, Dómine, super hanc domum: et non permíttas introíre in eam ángelum percutiéntem. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. **R**ꝰ. Amen.

Versus Crucem:

Orémus.

OMNÍPOTENS, sempitérne Deus, qui in omni loco dominatiónis tuæ totus assístis, solus operáris: adésto supplicatióibus nostris, ut hujus domus sis protéctor, et nulla hic nequítia contráriæ potestátis obsístat; sed in virtúte sanctæ Crucis et operatióne Spíritus Sancti fiat tibi hic purum servítium, et devóta libértas exsístat. Per Christum Dóminum nostrum. **R**ꝰ. Amen.

Orémus.

ADÉSTO nobis, Dómine, Deus noster: et eos, qui in sanctæ Crucis præsidio confidunt, perpétuis defénde auxiliis. Per Christum Dóminum nostrum. **R**ꝰ. Amen.

Tandem Officians benedicit cubiculo et omnibus præsentibus manu dextera, formans signum crucis, et dicens:

BENEDÍCTIO Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super hanc domum, super omnes habitantes, docentes et discentes in ea, super nos omnes, et máneat semper. **R**ꝰ. Amen.

His finitis, sub cantu juventutis et pulsu campanarum processionaliter fit reditus in ecclesiam statute ordine, ubi celebratur Missa conveniens Officio diei.

Benedictio Frugum Seu Vinearum

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit caelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

ORÁMUS pietátem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creatúráe tuæ, quas áëris et plúviæ temperaménto nutrire dignátus es, bene ✠ dictiónis tuæ imbre perfúndas, et fructus terræ tuæ usque ad maturitátem perdúcas. Tribue quoque pópulo tuo de tuis munéribus tibi semper grátias ágere; ut a fertilitáte terræ esuriéntium ánimas bonis ómnibus affluéntibus répleas, et egénus et pauper laudent nomen glóriæ tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Benedictio Candelarum

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit caelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, Fíli Dei vivi, béne ✠ dic candélas istas supplicatiónebus nostris: infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru ✠ cis, benedictiónem cæléstem, qui eas ad repelléndas ténebras húmano géneri tribuísti; talémque benedictiónem signáculo sanctæ Cru ✠ cis accípiant, ut quibuscúmque locis accénsæ, sive pósito fúerint, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis ab habitatiónebus illis, nec præsumant ámplius inquietáre, aut molestáre serviéntes tibi omnipoténti Deo: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Benedictio Vexilli Processionalis Cujuslibet Societatis

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit caelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, cujus Ecclésia est véluti castrórum ácies ordináta: béne ✠ dic hoc vexillum; ut omnes sub eo tibi Dómino Deo exercítuum militántes, per intercessiónem beáti **N.** (vel beátæ **N.**) inimícos suos visíbiles et invisíbiles in hoc sáculo superáre, et post victóriam in cælis triumpháre mereántur. Per te, Jesu Christe: Qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spíritu Sancto, in sácula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Navis

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

PROPITIARE, Domine, supplicationibus nostris, et bene ✠ dic navem istam dextera tua sancta, et omnes, qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulantem in diluvio: porrigere eis, Domine, dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare; et mitte sanctum Angelum tuum de caelis, qui liberet, et custodiat eam semper a periculis universis, cum omnibus, quae in ea erunt: et famulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque, ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Vehiculi Seu Currus

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

PROPITIARE, Domine Deus, supplicationibus nostris, et bene ✠ dic currum istum dextera tua sancta: adjuuge ad ipsum sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eo vehentur, liberent et custodiant semper a periculis universis: et quemadmodum viro Aethiopi super currum suum sedenti et sacra eloquia legenti, per Levitam tuum Philippum fidem et gratiam contulisti; ita famulis tuis viam salutis ostende, qui tua gratia adjuti bonisque operibus jugiter intenti, post omnes viae et vitae hujus varietates, aeterna gaudia consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Ad Omnia

Haec benedictionis formula adhiberi potest a quovis Sacerdote pro omnibus rebus, quarum specialis benedictio in Rituali Romano non habeatur.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEUS, cujus verbo sanctificantur omnia, bene ✠ dictionem tuam effunde super creaturam istam (creaturas istas): et praesta, ut, quisquis ea (eis) secundum legem et voluntatem tuam cum gratiarum actione usus fuerit, per invocationem sanctissimi nominis tui, corporis sanitatem et animae tutelam, te auctore, percipiat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Sacerdotalium Indumentorum

*Benedictiones Reservatæ
Sacerdotibus Speciali Facultate
Instructis*

*Benedictio Sacerdotalium
Indumentorum*

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS, sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália, et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nóminis tui fieri decrevisti: adésto propítius invocatióibus nostris: ut hæc induménta sacerdotália (hoc induméntum sacerdotále), désuper irrigánte grátia tua, ingéti benedictióne per nostræ humilitátis servítium puri ✠ ficáre, bene ✠ dicere, et conse ✠ cráre dignéris: ut divíni scúltibus et sacris mystériis apta et benedícta exsistant (aptum et benedíctum exsístat): his quoque sacris vestíbus (hac quoque sacra veste) Pontífices, et Sacerdótes, seu Levitæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatióibus malignórum spírituum muníti et defénsi esse mereántur: tuisque mystériis apte et condígne servíre et inhærere, atque in his tibi plácite et devóte perseveráre tríbue. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Orémus.

DEUS, invictæ virtútis triumphátor, et ómnium rerum creátor ac sanctificátor: inténde propítius preces nostras; et hæc induménta (hoc induméntum) leviticæ, sacerdotális, et pontificális glóriæ, ministris tuis fruénda (fruéndum), tuo ore próprio bene ✠ dicere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: omnésque eis (eo) uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devóte ac laudabiliter serviéntes, gratos efficere dignéris. Per Christum Dóminum nostrum, ℞. Amen.

Orémus.

DÓMINE Deus omnípotens, qui vestiménta Pontíficibus, Sacerdótibus, et Levítis in usum tabernáculi fæderis necessária, Móysen fámulum tuum ágere jussísti, eúmque spíritu sapiéntiæ ad id peragéndum replevísti: hæc vestiménta (hoc vestiméntum) in usum et cultum mystérii tui bene ✠ dicere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: atque ministros altáris tui, qui ea (id) indúerint, septifórmis Spíritus grátia dignánter repléri, atque castitátis stola, beáta fácias cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitáte vestíri. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum. ℞. Amen.

Et aspergantur (aspergatur) aqua benedicta.

Benedictio Specialis Cuiuslibet Indumenti Sacerdotalis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS omnipotens, bonárum virtútum dator et ómnium benedictiónum largus infúsor, súpplices te rogámus, ut mánibus nostris opem tuæ benedictiónis infúndas, et hunc amíctum (vel hanc albam — hoc cingulum — hanc stolam— hunc manípulum— hanc tunicéllam — hanc dalmáticam — hanc planétam) divíno cúltoi præparátum (præparátam), virtúte Sancti Spíritus bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris, et ómnibus eo (ea, vel eis) uténtibus grátiam sanctificatiónis sacri mystérii tui benígnus concéde; ut in conspéctu tuo sancti et immaculáti atque irreprensibiles appáreant, et auxiliúm misericórdiæ tuæ acquirant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde ipsum indumentum aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Mapparum Seu Cobalearum Altaris

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

EXÁUDI, Dómine, preces nostras: et hæc linteámina (hoc linteámen), sacri Altáris usui præparat (-um), bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DÓMINE Deus omnipotens, qui Móysen fámulum tuum ornaménta et linteámina fácere per quadragínta dies docuísti, quæ étiam María téxuit, et fecit in usum ministérii tabernáculi fœderis; bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris hæc linteámina (hoc linteámen) ad tegéndum involvend-úmque altáre gloriosíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur (aspergatur) aqua benedicta.

Benedictio Halla et Corporalis

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit caelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

CLEMENTÍSSIME Dómine, cujus inenarrábilis est virtus, cujus mystéria arcánis mirábilibus celebrántur: tribue,quásumus; ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis bene ✠ dictione sanctificétur ad consecrándum super illud Corpus et Sánguinem Dei et Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus,per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, bene ✠ dicere, sancti ✠ ficáre,et conse ✠ cráre dignéris linteámen istud ad tegéndum involvendúmque Corpus et Sánguinem Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

Orémus.

OMNÍPOTENS Deus, mánibus nostris opem tuæ benedictiónis infúnde: ut per nostram bene ✠ dictionem hoc linteámen sanctificétur, et Córporis ac Sánguinis Redemptóris nostri novum sudárium, Spíritus Sancti grátia, efficiátur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Tabernaculi Seu Vasculi

PRO SACROSANCTA EUCHARISTIA CONSERVANDA

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit caelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus,majestátem tuam súpplícis deprecámur:ut tabernáculum (seu vásculum) hoc pro Córpoze Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi in eo condéndo fabricátum, bene ✠ dictionis tuæ grátia dicáre dignéris. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Solemnia Benedictio Crucis

**Benedictio Tabernaculi
Seu Ostensorii**

PRO SANCTISSIMO SACRAMENTO FIDELIUM
VENERATIONI EXPONENDO

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, vasculum istud, pro Filii tui Domini nostri Jesu Christi Corpore fidelium venerationi exponendo fabrefactum, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare dignare: ut omnes, qui eundem Unigenitum in hoc saeculo pio affectu venerantur, et in futuro perpetuam pietatis suae mercedem accipiant. Per eundem Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Vasorum
PRO SACRIS OLEIS INCLUDENDIS

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

EXÁUDI, Domine, Pater clementissime, preces nostras: et haec purificanda vasa, Ecclesiae tuae sacri ministerii usui praeparata, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, a quo omnia immunda purgantur, et in quo omnia purgata clarescunt: supplices omnipotentiam tuam invocamus; ut ab his vasis, quae tibi offerunt famuli tui, omnis spiritus immundus confusus longe discadat, et per tuam bene ✠ dictionem ad usum et ministerium Ecclesiae tuae sanctificata permaneat. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Solemnia Benedictio Imaginis

Solemnia Benedictio Crucis

Si Cruces, publicæ venerationi expositæ, solemniter benedicantur, hæc benedictio Ordinario reservatur, qui tamen potest eam cuilibet Sacerdote committere.

Privatim autem hæc benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest sine ulla Ordinarii licentia.

1. **Sacerdos:** Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

ROGÁMUS te, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: ut dignéris bene ✠ dicere hoc signum Crucis, ut sit remédium salutáre géneri humano; sit solíditas fidei, proféctus bonórum óperum, redémptio animárum; sit solámen, et protéctio, ac tutéla contra sæva jácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Orémus.

BÉNE ✠ DIC, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem, per quam eripuísti mundum a potestáte dáemonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem. (*Hic aspergatur aqua benedicta.*) Sanctificétur hoc signum Crucis in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti; ut orántes, inclinántesque se propter Dóminum ante istam Crucem, invéniant córporis et ánimæ sanitatem. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

2. Postea Sacerdos ante Crucem genuflexus ipsam devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

Solemnia Benedictio Imaginis D.N.I.C., vel B. M. V. vel Alius Sancti

Si imagines, publicæ venerationi expositæ, solemniter benedicantur, hæc benedictio Ordinario reservatur, qui tamen potest eam cuilibet Sacerdote committere.

Privatim autem hæc benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest sine ulla Ordinarii licentia.
Pro benedictione imaginis Jesu Christi Domini nostri

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imáginés (*sive effigies*) sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ oculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem (*seu sculptúram*) in honórem et memóriam unigeniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi adaptátam bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris: et præsta; ut quicumque coram ilia unigénitum Fílium tuum suppliciter cólere et honoráre studérit, illius méritis et obténtu a te grátiam in præsentí, et ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Solemnia Benedictio Imaginis

Pro benedictione imaginis B. Mariæ Virginis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imáginés (sive effigies) sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem (seu sculptúram), in honórem et memóriam beatíssimæ Vírginis Mariæ, matris Dómini nostri Jesu Christi, adaptátam bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris; et præsta; ut quicúmque coram illa beatíssimam Vírginem suppliciter cólere et honoráre studérit, illíus méritis et obténu a te grátiam in præsentí, et ætéram glóriam obtíneat in futúram. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Pro benedictione imaginis alius Sancti.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imáginés (sive effigies) sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem (seu sculptúram) in honórem et memóriam beáti N. Apóstoli tui (vel beáti N. Mártiris vel beáti N. Pontificis vel beáti N. Confessóris vel beátæ N. Vírginis vel beátæ N. Mártiris vel beátæ N.) adaptátam bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris: et præsta; ut quicúmque coram illa gloriósum Apóstolum (vel Márttyrem vel Pontíficem vel Confessórem vel gloriósam Vírginem vel Márttyrem vel mulierem) suppliciter cólere et honoráre studérit, illíus méritis et obténu a te grátiam in præsentí, et ætéram glóriam obtíneat in futúram. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Ritus Benedictionis Papalis Super Populum Elargiendæ

servandus a Sacerdotibus quibus a S. Sede hujusmodi
facultas indulta est

(App. et præscriptus Decr. S.R.C. 12 Martii 1940)

1. Admoneatur populus de ecclesia, die et hora, qua dabitur pontificia Benedictio. Postquam populus ad ecclesiam convenerit, ad contritionis et devotionis sensus pio brevique sermone excitetur. Mox vero Sacerdos, nullis circumstantibus ministris, superpelliceo et stola alba indutus, ante Altare genuflexus, sequentibus versibus Dei opem imploret:

Benedictionis Papalis/ Erectio Viæ Crucis

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

℞. Et bénedic hæreditáti tuæ.

℣. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Deinde stans sequentem recitet Orationem:

Orémus.

OMNÍPOTENS et miséricors Deus, da nobis auxiliū de sancto, et vota pópuli hujus, in humilitate cordis véniam peccatórum poscētis tuámque benedictiónem præstolántis et grátiam, cleménter exáudi: dexteram tuam super eum benígnus exténde, ac plenitúdinem divínæ benedictiónis effúnde, qua, bonis ómnibus cumulátus, felicitátem et vitam consequátur aetérnam. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

2. Postea ad cornu Epistolæ accedat; ibique stans, una benedictione, unico videlicet signo crucis, benedicat, proferens alta voce hæc verba:

Benedícat vos omnipoténs Deus, Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus. ℞. Amen.

3. Sacerdotes qui facultate gaudent impertiendi Benedictionem Papalem, formulam præscriptam servent; hac facultate non utantur, nisi in designata ecclesia; non autem eodem die et loco quo Episcopus eam impertiat.

Formula Benedictionis Papalis Cum Indulgentia Plenaria

IN FINE CONCIONUM

(Appr.a S.R.C. die 11 Maii 1911)

Si in Brevi edicitur, ut Benedictio cum indulgentia plenaria in fine concionum a Sacerdote populo impertiatur cum Crucifixo, juxta ritum formulamque præscriptam, fiat unicum signum crucis cum Crucifixo, adhibita formula:

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos et méneat semper. ℞. Amen.

Ritus Frigendi Stationes Viæ Crucis

PROPRIUS ODRINIS MINORUM

Sacerdos, superpelliceo et stola violacei coloris indutus, uno saltem Clerico adhibito, qui ei opportuno tempore porrigere possit vasculum aquæ benedictæ cum aspersorio, et thuribulum cum incensi navicula, ascendit Altare, ibique stans brevi sermone super præ-stantia et utilitate pii exercitii Viæ Crucis populum alloquitur. Deinde genuflexus in infimo gradu intonat sequentem Hymnum, quem chorus prosequitur:

Hymnus

Veni, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísitá,

Erectio Viæ Crucis

Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spirituális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígnatus Patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infirma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium:
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Hymno finito, Sacerdos dicit:

✠. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

✠. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

DEFÉNDE, quæsumus, Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, istum (-am) ab omni adversitate pópulum (*vel* familiam): et toto corde tibi prostrátum (-am), ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis.

ACTIÓNES nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ✠. Amen.

Erectio Viæ Crucis

Deinde fit benedictio tabularum pictarum seu imaginum Stationum, si adsint.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines sculpi aut pingi non réprobas, ut,quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: has,quæsumus,imágines,in honórem et memóriam unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi adaptátas, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris, et præsta; ut, quicúmque coram illis unigénitum Fílium tuum suppliciter cólere et honoráre studúerit, illíus méritis et obténtu, a te grátiam in præsentí,et ætérrnam glóriam obtíneat in futúrum. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Tunc Sacerdos eas aspergit aqua benedicta, et incensat. In Oratorio private omitti potest incensatio.

Postea Sacerdos benedicit quatuordecim Cruces, quae ex ligno esse debent.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

ROGÁMUS te, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérrne Deus: ut dignéris bene ✠ dícere hæc signa Crucis,ut sint remédia salutária géneri humáno; sint solíditas fidei, proféctus bonórum óperum, redéemptio animárum; sint solámen,et protéctio,ac tutéla contra sæva jácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Orémus.

BÉNE ✠ DIC, Dómine Jesu Christe, has Cruces, quia per Crucem sanctam tuam eripuísti mundum a potestáte dáemonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem.

Tunc Sacerdos eas aspergens aqua benedicta, dicit:

SANCTIFICÉNTUR hæc signa Crucis in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spírítus ✠ Sancti: ut orántes, inclinántesque se propter Dóminum ante istas Cruces, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Deinde, ubi fit processio, cantantur sequentes Hymni:

Hymnus

Vexílla Regis pródeunt,
Fulget Crucis mystérium,
Qua víta mortem pértulit,
Et morte vítam prótulit.

Erectio Viæ Crucis

Quæ vulneráta lánceæ
Mucrónē diro, críminum
Ut nos laváret sórdibus,
Manávit unda et sáanguine.

Impléta sunt, quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo ratiónebus:
Ragnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida,
Ornáta regis púrpura,
Elécta digno stípíte
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus brácciiis
Prétium pepéndit sæculi,
Statára facta córporis,
Tulítque prædam tártari.

O Crux, ave, spes única,
In hac triúmphi glória,*
Piis adáuge grátiam,
Reisque dele crímina.

Te, fons salútis, Trínitas,
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde præmium. Amen.

Hymnus

Stabat Mater dolorósa
Juxta Crucem lacrimósa,
Dum pendébat Fílius.

Cujus ánimam geméntem,
Contristátam et doléntem,
Pertransívit gládius.

O quam tristis et afflícta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!

Quæ mærébat, et dolébat,
Pia Mater, dum vidébat
Nati pœnas ínclýti.

Quis est homo, qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício?

*Tempore Passionis dicitur: Hoc passiónis témpore. Tempore Paschal dicitur: Paschále quæ fers gáudium.

Erectio Viæ Crucis

Quis non posset contristári,
Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Filio?

Pro peccátis suæ gentis
Vidit-Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.

Vidit suum dulcem Natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.

Eja Mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.

Fac, ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
Ut sibi compláceam. Amen.

✠. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.

✠. Quia per sanctam Crucem tuam redemísti mundum.

Orémus.

DEUS, qui nos ínclita passióne Filii tui per viam Crucis ad ætéram glóriam pervenire docuísti: concéde propítius; ut, quem piis ad Calváriæ locum sociámus afféctibus, in suis étiam triúmphis, pérpetim subsequámur: Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculórum. ✠. Amen.

Sacerdos accedens ad locum primis Stationis, osculatur Crucem et tabulam, easque, vel per se, vel per laicum decenti habitu indutum, collocat in loco ad id præparato; deinde legit meditationem et preces huic Stationi respondententes: quod et fiet in ceteris Stationibus. Quibus finitis cantatur:

Hymnus

TE Deum laudámus: * te Dóminum confitémur.
Te ætérum Patrem * omnis terra venerátur.
Tibi omnes Angeli, * tibi Cæli, et univérsæ Potestátes:
Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt cæli et terra * majestátis glóriæ tuæ.
Te gloriósus * Apostolórum chorus,
Te Prophetárum * laudábilis númerus,
Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.
Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia,
Patrem * imménsæ majestátis;
Venerándum tuum verum * et únicum Fílium;
Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.
Tu Rex glóriæ, * Christe.
Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Erectio Viæ Crucis

Tu, ad liberandum suscepturus hominem, * non horruisti Virginis úterum.

Tu, devicto mortis acúleo, * aperuisti credéntibus regna cælórum

Tu ad dexteram Dei sedes, * in glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

(Hic genuflectitur.)

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, * quos pretiósó sáanguine redemísti.

ÆtéRNA fac cum sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et bédedic hereditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * bédedicimus te;

Et laudámus nomen tuum in sáeculum, * et in sáeculum sáeculi.

Digníare, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmódum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi, * non confúndar in ætérnum.

℣. Bédedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spírítu.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sáecula.

Orémus.

DEUS, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infínitus est thesáurus, piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus: tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos bédedit populum cum Cruce.

Affixio autem Crucium et tabularum Stationum fieri potest a quocumque privatim sine cæremoniis, etiam alio tempore sive post sive ante ipsarum bédictionem faciendam a Sacerdote in loco, in quo Stationes sunt erigendæ.

Formula ad fidem faciendam de erectione Viæ Crucis.

VIGORE facultatis mihi commissæ, ego **N.N.** Viam Crucis cum adnexis Indulgentiis erexi in...juxta regulas a S. Indulgentiarum Congregatione die 10 Maji 1742 præscriptas, et recens Decretum S. Pænitentiarie Apostolicæ diei 12 Martii 1938.

In quorum fidem testimonium hoc mea manu exaravi die...

N.N.

Scapulare B.M.V.

Formula Brevior Benedicendi Et Imponendi Scapulare B. M. V. De Monte Carmelo

quæ adhiberi potest, praesertim in privatis receptionibus, vel occasione magni concursus, ad majorem Sacerdotis recipienris commoditatem

(Approbata a S.R.C. die 24 Julii 1888)

Persona recipienda ad habitum genu flexa, Sacerdos, superpelliceo et stola albi coloris, aut saltem stola, indutus, dicat:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, humáni géneris Salvátor, hunc habitum, quem propter tuum tuæque Genetrícis Vírginis Mariæ de Monte Carmélo amórem servus tuus (ancilla tua) devóte est delatúrus (-a), dextera tua sancti ✠ fica, ut eádem Genetríce tua intercedénte, ab hoste maligno defénsus (-a), in tua grátia usque ad mortem perseveret: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde aspergat habitum aqua benedicta, et postea ilium imponat personæ vel personis (cuilibet separatim), dicens:

Accipe hunc hábitum benedíctum, precans sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum pérferas sine mácula et te ab omni adversitaté deféndat, atque ad vitam perdécat ætérnam. ℟. Amen.

Postea subjungat:

Ego, ex potestáte mihi concéssa, recípio te (vos) ad participatióem ómnium bonórum spirituálium, quæ, cooperánte misericórdia Jesu Christi, a Religiósis de Monte Carmélo peragúntur.

In nómine Patris, et Filii, ✠ et Spírítus Sancti. ℟. Amen.

Bene ✠ dícat te (vos) Cónditor cæli et terræ, Deus omnípotens, qui te (vos) cooptáre dignátus est in Confraternitaté beátæ Mariæ Vírginis de Monte Carmélo: quam exorámus, ut in hora óbitus tui (vestri) cónterat caput serpéntis antíqui, atque palmam et corónam sempitérnæ hereditátis tandem consequáris (consequámini). Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur persona aqua benedicta. Si plures simul recipiendi sint, mutetur numerus.

Si habitus solummodo benedicendus sit, tunc benedictio incipit a ℣. Osténde et concluditur cum Oratione Dómine Jesu Christe.

Benedictio Quinque Scapularium

Formula Brevior Benedicendi
Et Imponendi Quinque Scapularia

sanctissimæ Trinitatis, Passionis Domini nostri Jesu Christi, beatæ Mariæ Virginis sub
respectivo titulo Immaculatæ Conceptionis, Septem Dolorum et Montis Carmeli

Suscepturi scapularia genuflectunt; et Sacerdos, superpelliceo ac stola alba indutus, dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, ómnium caput fidélium et humáni géneris Salvátor, qui tégumen
nostræ mortalitátis indúere dignátus es: obsecrámus imménsam largitátis tuæ abundántiam, ut
induménta hæc, in obséquium sanctíssimæ Trinitátis institúta, nec non in honórem et
memóriam doloríssimæ passiónis tuæ, in honórem beatíssimæ Vírginis Matris tuæ sub título
Immaculatæ concepciónis, Septem Dolórem et Montis Carméli, ita bene ✠ dicere et sancti ✠
ficáre dignéris; ut qui (quæ) ea assúmpserint, eádem Genetríce tua intercedénte, te quoque
salutáre nostrum, córpore et ánima indúere mereántur: Qui vivis et regnas in sácula
sæculórum. ℟. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Mox Sacerdos omnibus scapularia singillatim imponat, ac deinde formulam proferat supra
omnes simul.

1. Accípite hábitum Ordinis sanctíssimæ Trinitátis in fidei, spei, et caritátis augméntum, ut
induátis novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est in justítia et sanctitáte.
2. Accípite scapuláre Passiónis Dómini nostri Jesu Christi, ut, véterem hóminem exúti
novúmque indúti, ipsum digne perferátis, et ad vitam perveniátis sempitérnam.
3. Accípite scapuláre devotórum beatíssimæ Mariæ Vírginis sine labe concéptæ, ut, ejus
intercessióne ab omni inquinaménto mundáti, ad vitam perveniátis ætérrnam.
4. Accípite hábitum Servórum beatíssimæ Mariæ Vírginis Septem Dolóres ejus devóte
recoléntium, ut, dolóres ipsos assídue recogitántes, Passiónem Dómini nostri Jesu Christi in
corde et córpore vestro impréssam júgiter teneátis.
5. Accípite hábitum Societátis et confraternitátis beátæ Mariæ Vírginis de Monte Carmélo,
precántes eámdem sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum perferátis sine mácula et vos ab
omni adversitáte deféndat atque ad vitam perdúcat ætérrnam.

Ego, ex facultáte Apostólica mihi delegáta, recípio vos in participatióne bonórum spirituálium
horum Ordinum seu Congregatiónum et indulgentiárum, quæ per Sanctæ Sedis privilégia
prædictis scapuláribus concéssæ sunt. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti.
℟. Amen.

Benedictio Quinque Scapularium / Rosarii B.M.V.

℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperantes in te.
℣. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Esto eis, Dómine, turris fortitudinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimícus in eis.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocere eis.
℣. Dómine, exáudi oratióem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

ADÉSTO, Dómine, supplicatióibus nostris, et quibus in tuo nómine sacros hábitus imposúimus, ita bene ✠ dicere dignéris, ut, tuæ grátiae cooperántes, vitam cónsequi mereántur aetérnam. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. ℟. Amen.

Formula recitetur numero singulari, si uni tantum personæ sint scapularia imponenda.

**Formula Previar Benedicendi
Coronam Sacratissimi Rosarii. B.M.V.**

PROPRIA ORDINIS PRÆDICATORUM
(Approbata a S.R.C. die 23 Nov. 1918)

AD laudem et glóriam Deiparæ Vírginis Mariæ, in memóriam mysteriórum vitæ, mortis et resurrectónis ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, bene ✠ dicátur et sancti ✠ ficétur hæc sacratissimi Rosárii coróna: in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

Benedictio Numismatum S. Benedicti

Propria Ordinis S. Benedicti

Sacerdos benedicturus numismata sancti Benedicti, dicit:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

EXORCÍZO vos, numísmata, per Deum ✠ Patrem omnipoténtem, qui fecit cælum et terram, mare et ómnia, quæ in eis sunt. Omnis virtus adversáarii, omnis exércitus diabóli, et omnis incúrsus, omne phantásma sátanæ, eradicáre et effugáre, ab his numismátibus: ut fiant ómnibus qui eis usúri sunt, salus mentis et córporis: in nómine Pa ✠ tris omnipotentis, et Jesu ✠ Christi Fílii ejus, Dómini nostri, et Spíritus ✠ Sancti Parácliti, et in caritáte ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem. ℞. Amen.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus, sperántes in te.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

℞. A fácie inimíci.

℣. Dóminus virtútem pópulo suo dabit.

℞. Dóminus benedícet pópulum suum in pace.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxiliúm de sancto.

℞. Et de Sion tuére nos.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEUS omnípotens, bonórum ómnium largítor, súpplíces te rogámus, ut per intercessiónem Sancti Benedicti, his sacris numismátibus, lítteris ac caractéribus a te designátis, tuam benedictiónem infúndas: ut omnes, qui ea gestáverint ac bonis opéribus inténti fúerint, sanitátem mentis et córporis, et grátiam sanctificatiónis, atque indulgéntias (nobis) concéssas cónsequi mereántur; omnésque diabóli insídias et fraudes, per auxiliúm misericórdiæ tuæ, effúgere váleant, et in conspéctu tuo sancti et immaculáti appáreant. Per Dóminum. ℞. Amen.

Benedictio numismatum S.P. Benedicti

Orémus.

DÓMINE Jesu Christe, quio voluísti pro totíus mundi redemptióne de Vírgine nasci, circumcídí, a Judæis reprobári, Judæ ósculo tradi, vínculis alligári, spinis coronári, clavis perforári, inter latrónes crucifígi, láncea vulnerári, et tandem in Cruce mori: per hanc tuam sanctíssimam passióne[m] humíliter exóro; ut omnes diabólicas insídias et fraudes expéllas ab eo, qui nomen sanctum tuum, his lítteris ac caractéribus a te designáis, devóte invocáverit, et eum ad salútis portum perdúcere dignéris: Qui vivis et regnas in sáecula sáeculorum. **R̄.** Amen.

Deinde Sacerdos aspergit numismata aqua benedicta

Benedictio Mulieris Prægnantis in Periculis Partus

V̄. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R̄. Qui fecit cælum et terram.
V̄. Salvam fac ancíllam tuam.
R̄. Deus meus, sperántem in te.
V̄. Esto illi, Dómine, turris fortitúdinis.
R̄. A fácie inimíci.
V̄. Nihil proficiat inimícus in ea.
R̄. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
V̄. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.
R̄. Et de Sion tuére eam.
V̄. Dómine, exáudi oratióne[m] meam.
R̄. Et clamor meus ad te véniat.
V̄. Dóminus vobíscum.
R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fidei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem: quæsumus; ut ejúsdem fidei firmitáte hæc fámula tua **N.** ab ómnibus semper muniátur advérsis. Per Christum Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

Orémus.

DÓMINE Deus, ómnium Creátor, fortis et terríbilis, Justus et miséricors, qui solus bonus et pius es; qui de omni malo liberásti Israë[el], fáciens tibi patres nostros diléctos, et sanctificásti eos manu Spírítus tui; qui gloriósæ Vírginis Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spírítu Sancto cooperánte, præparásti; qui Joánnem Baptístam Spírítu Sancto replésti et in útero matris exsultáre fecísti; áccipe sacrificium cordis contríti, ac fervens desidérium fámulæ tuæ **N.** humíliter supplicántis pro conservatióne prolis, quam ei dedísti concípere: custódi partem tuam, et ab omni dolo et injúria duri hostis defénde; ut, obstetricánte manu misericórdiæ tuæ, fetus ejus ad lucem próspere véniat, ac sanctæ generatióni servétur, tibíque in ómnibus júgiter desérviat, et vitam cónsequi mereátur ætérnam. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculorum. **R̄.** Amen.

Benedictio Mulier Prægnantis in Periculis Partis

Deinde mulier aspergatur aqua benedicta, et mox dicatur:

Psalmus 66

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus Géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent Gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et Gentes in terra dirigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

VÍSITA, quæsumus, Dómine, habitatióem istam, et omnes insídias inimíci ab ea, et a præsentí fámula tua **N**. longe repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui eam et ejus prolem in pace custódiat, et bene ✠ díctio tua sit super eam semper. Salva eos, omnípotens Deus, et lucem eis tuam concéde perpétuam. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti, descéndat super te, et prolem tuam, et máneat semper. ℟. Amen.

Benedictio Mulieris Post Partum

1. Sacerdos, superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspersorium deferente, ad fores ecclesiæ accedat, ubi mulierem puerperam foris ad limina genuflectentem et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat:

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Hæc accipiet.

Psalmus 23

DÓMINE est terra, et plenitúdo ejus; * orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini, * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Benedictio Mulieris Post Partum

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciẽm Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales: * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus fortis, et potens; Dóminus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales: * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus virtutum, ipse est Rex gloriæ.

Glória Patri.

Ant. Hæc accipiet benedictionem a Dómino, et misericordiam a Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dóminum.

2. **Deinde, porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, ex humero sinistro pendentem, eam introducit in ecclesiam, dicens:**

Ingrédere in templum Dei, adóra Fílium beátæ Mariæ Vírginis, qui tibi fecunditatem tríbuit prolis.

3. **Et ipsa, ingressa, genuflectit coram Altari et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis; tunc Sacerdos dicit:**

Kýrie, éleison. Christe, éleison. Kýrie, éleison.

Pater noster **secreto usque ad**

℣. Et ne nos indúcas in tentationem.

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.

℞. Deus meus, sperántem in te.

℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

℞. Et de Sion tuere eam.

℣. Nihil proficiat inimícus in ea.

℞. Et filius iniquitátis non appónat nocere ei.

℣. Dómine, exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui per beátæ Mariæ Vírginis partum fidélium pariéntium dolóres in gáudium vertísti: réspice propítius super hanc fámulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiárum actióne lætam accedéntem, et præsta; ut post hanc vitam, ejúsdem beátæ Mariæ méritis et intercessióne, ad æternæ beatitúdinis gáudia cum prole sua pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

4. **Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta, dicens:**

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spírítus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. ℞. Amen.

Benedictio Coniugum Post XXV Vel L Annos In Matrimonio Transactos

1. Si conjuges, post viginti quinque aut quinquaginta annos in Matrimonio transactos, gratiarum actiones in Ecclesia exoptent celebrare, Parochus aut alius Sacerdos, sacris paramentis indutus, conjuges brevi sermone alloquitur. Deinde pro ipsis Missam celebret, quæ iisdem, ac Missa pro sponsis, privilegiis fruitur. Hæc potest esse votiva de SS. Trinitate aut de B. Maria V., non vero votiva pro sponsis, Oratione addita pro gratiarum actione sub unica conclusione cum prima.
2. Post ultimum Evangelium Celebrans, manipulo deposito, ad conjuges conversus super eos sequentes recitet preces:

Ant. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dóminum.

Psalmus 127

BEÁTI, omnes qui tíment Dóminum; * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut viris abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum; * pacem super Israël.

Glória Patri.

Loco hujus Psalmi substitui potest quoque

Psalmus 116

LAUDÁTE Dóminum omnes gentes: laudáte eum omnes pópuli. Quóniam confirmata est super nos misericórdia ejus: et veritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Ant. Ecce sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.

Ÿ. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto.

℟. Et de Sion tuére eos.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

PRÆTENDE, Dómine, fidélibus tuis dèxteram cælestis auxilií, ut te toto corde perquírant, et quæ digne póstulant, ássequi mereántur.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, réspice propítius super hos fámulos tuos, ad templum sanctum tuum pro gratiárum actióne lætos accedéntes: et præsta; ut, in te solum confidéntes, grátia tuæ dona percípiant, caritátem in unitáte servent, et post hujus vitæ decúrsum ad ætérnæ beatitúdinis gáudia (una cum prole sua) perveníre mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Conjugum

3. **Deinde canitur vel recitatur Hymnus** Te Deum laudamus (p. 29. quem Celebrans intonat, et in cuius fine addit:

℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEUS, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infínitus est thesáurus: piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

DEUS, qui néminem in te sperántem nímium afflígi permíttis, sed pium précibus præstas audítum: pro postulatióibus nostris, votisque suscéptis grátias ágimus; te piíssime deprecántes, ut a cunctis semper muniámur advérsis. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.


4. **Demum aspergit conjuges aqua benedicta, dicens:**

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti descéndat super vos, et máneat semper. ℟. Amen.


Postremo dicit:

Ite in pace, et Dóminus sit semper vobíscum. ℟. Amen.

LITANIAE SANCTORUM



Kýri-e, e-lé-ison. Christe, e-lé-ison. Kýri-e, e-lé-ison.



Christe, audi nos. Christe, exáudi nos.




Pa- ter de cae-lis, De-us, miserére nobis.

Fili Re-démptor mundi, De-us, miserére nobis.

Spí- ri- tus Sancte, De-us, miserére nobis.

San-cta Trínitas, unus De-us, miserére nobis.



San-cta Marí-a, o-ra pro nobis.

Sancta Dei Génatrix, Ora
Sancta Virgo vírginem, ora
Sancte Michaël, ora
Sancte Gábríel, ora
Sancte Raphaël, ora
Omnes sancti Angeli et Archángeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beátorum Spírituum órdenes, oráte.
Sancte Joánnes Baptísta, ora
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomáee, ora
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddáee, ora
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.

Litaniæ Sanctorum

Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ, oráte

Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte

Omnes sancti Innocéntes, oráte

Sancte Stéphane, ora.

Sancte Laurenti, ora.

Sancte Vincénti, ora.

Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.

Sancti Joánnes et Paule, oráte.

Sancti Cosma et Damiáne, oráte.

Sancti Gervási et Protási, oráte

Omnes sancti Mártyres, oráte.

Sancte Sylvéster, ora.

Sancte Gregóri, ora.

Sancte, Ambrósi, ora.

Sancte Augustíne, ora.

Sancte Hierónyme, ora.

Sancte Martíne, ora.

Sancte Nicolæ, ora.

Omnes Sancte Pontífices et Confessóres, oráte

Omnes sancti Doctóres, oráte

Sancte Antóni, ora.

Sancte Benedicte, ora.

Sancte Bernárde, ora.

Sancte Domínice, ora.

Sancte Francísce, ora.

Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, oráte.

Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, oráte.

Sancta María Magdaléna, ora.

Sancta Agatha, ora.

Sancta Lúcia, ora.

Sancta Agnes, ora.


Sancta Cæcília, ora.

Sancta Catharína, ora.

Sancta Anastásia, ora.

Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, oráte.

Omnes sancti et sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.



Propí-ti- us esto, parce no-bis, Dómine.

Propí-ti- us esto, ex-áu-di nos, Dómine.

Ab omni malo, lí-be- ra nos, Dómine.

Litaniæ Sanctorum

Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine
Ab ira tua, líbera.
A subitánea et inprovísa morte, líbera.
Ab insídiis diabóli. Líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera.
A spírítu fornicatiónis, líbera.
A fúlguere et tempestáte, líbera.
A flagélló terræmótu, líbera.
A peste, fame, et bello, líbera.
A morte perpétua, líbera.

Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Advéntum tuam, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera.
Per Baptísmum et sanctum Jejúnium tuum, líbera.
Per PassiÓNem tuam, líbera.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam ResurrectiÓNem, líbera.
Per admirábilem AscensiÓNem tuam, líbera.
Per advéntum, Spírítus Sancti Parácliti, líbera.
In die iudícii, líbera.



Pecca-tóres, te rogámus, audi nos.

Ut nobis parcas, te rogámus, audi nos.
Ut indulgeas, te rogámus, audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut Ecclésiám tuam sanctam régere, et conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut domum Apostólicum, et omnes ecclesiásticos órdenes in sancta religiÓne conserváre digneris, te rogámus, audi nos.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut régibus et princípibus christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignéris, te rogámus audi nos.
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, et infidéles univérso ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre, et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas, te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus, audi nos.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab æténa damnatiÓne erípas, te rogámus, audi nos.

Litaniæ Sanctorum

Ut fructus terræ dare, et conservare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos.



Agnus De-i, qui tollis peccá-ta mundi, parce no-bis, Dómine.

Agnus De-i, qui tollis peccá-ta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus De-i, qui tollis peccá-ta mundi, mi-serére nobis.

Christe, audi nos. Christe, exáudi nos. Kýri-e, e-léison.


Christe, e-lé-i-son. Kýri-e, e-lé-i-son.

Pater noster **secreto usque ad**

✠. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

✠. Sed libera nos a malo.

Psalmus 69



De-us in adjutó-ri-um me-um inténde: * Dó-mine, ad
adjuvándum me festina.

Confundántur, et reve-reántur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsu-m et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescé-ntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes quærunt te, * et dicant semper:

Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum: * Deus ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu: * Dómine, ne moréris.

Glória Patri.

Litaniæ Sanctorum

℣. Salvos fac servos tuos.

℟- Deus meus, sperantes in te.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitudinis.

℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil proficiat inimícus in nobis.

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Orémus pro Pontífice nostro **N.**

℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

℣. Orémus pro benefactóribus nostris.

℟. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus, nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam ætérnam. Amen.

℣. Orémus pro fidélibus defúctis.

℟. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus.

℣. Salvos fac servos tuos,

℟. Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto.

℟. Et de Sion tuére eos.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere; súscipe deprecatióem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleméner absólvat.

EXÁUDI, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus, et pacem.

INEFFÁBILEM nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleméner osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

DEUS, qui culpa offendéris, pœniténtia placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro **N.**, et dirige cum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis ætérnae: ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat

DEUS, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam. quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióe tranquílla.

Litaniæ Sanctorum

URE igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo cordc placeámus.


FIDÉLIUM, Deus, ómnium cónditor et redéptor, ánimabus famulórum, famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur.

ACTIÓNES nostras, quásumus, Dómine aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio, et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænúscis: te súplices exorámus; ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sáeculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum Jam exútos córpore suscepit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. **R̄.** Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.




℣. Exáudi-at nos omnípotens et mi-sé-ricors Dó-minus.

R̄. Amen. ℣. Et fidé-li-um ánimae per miseri-córdi-am

De-i requi-éscant in pace. R̄. Amen.

Vacante Apostolica Sede, loco invocationis Ut Dominum Apostólicum et omnes ecclesiásticos ordines, **etc., dicatur:** Ut omnes ecclesiásticos ordines, **etc., Versus autem** Orémus pro Pontífice nostro **N.** cum suo Responsorio, et Oratio pro eodem Pontífice omittuntur.



IF YOU PURCHASED THIS
BENEDICTIONALE
FROM EBAY OR DOWNLOADED IT FROM
ANOTHER SITE
YOU COULD HAVE OBTAINED IT FOR FREE AND
FROM ITS ORIGINAL COMPOSITER
AT:

Laudate Dominum
Traditional Rites and Prayers
of
Holy Mother Church

<http://laudatedominum.net/index.html>